



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gvilielmi Becani E Societate Iesv Idyllia Et Elegiae

Becanus, Gulielmus

Antverpiae, 1655

Serenissimæ Christinæ, Svecorvm, Gothorvm, Vvandalorvm Reginæ
Felicitatem Gvilielmvs Becanvs Societatis Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12773

SERENISSIMÆ ¹⁷⁴
CHRISTINÆ,
SVECORVM,
GOTHORVM,
VVANDALORVM
REGINÆ
FELICITATEM
GVILIELMVS BECANVS
SOCIETATIS IESV.



Ιζημαὶ ἃ τίνι μναταῖν κεχα-
ρισμός ἔνθω

Σὺν μοίσαις χαλεπαὶ γδ
ὅδοι τελέθεστιν αἰοιδᾶν

Μουσάων, ἀπάνθετε Διὸς μέγα
Βουλεύοντος.

Sic olim Bucolicorum princeps Idyl. XVI.
Hieron,
sen Ch-
Theocritus. Sed fuerint ad Hie- rates.

★ 2

ronem

ronem Regem difficiles Musis
viæ, Tibi, Regina, gratus aduenit,
quem illæ comitantur. Ipsa Tu
eas colis, & quæ infra Te regna
esse duxisti, studia complecte-
ris. Sic olim inclytissimi Re-
gum bonas artes coluerunt;
quasi tum solio digni, si scientiâ
^{utar-}
^{s in}
^{Vita.} eminerent. Aiebat Alexander,
illâ se malle, quâm potentia præ-
cellere: vtra Tibi potior, minùs
dubium. Augendæ potentia ille
immortuus: Tu, quam nacta
eras, dimisisti. Aliena ille in-
uasit: Tu ne tua quidem reti-
nuisti, regnandi satura, cùm
adhuc scientiis inhies. Ipso in re-
gno studiisti non tam regere
multa, quâm scire; tota in lit-
teris,

teris , cùm dignissima litteris¹⁷⁵
gereres. Præter linguas, quibus
omnem ferè Europam alloque-
ris, cuius adyta disciplinæ Tibi
non perspecta ? quis inter Græ-
cos Latinosve bonus Auctor
non lectus ? tantum otij curæ ,
quibus alter par non esset , Tibi
reliquerunt. Cùm omnia age-
res , quasi vacua studiis Te da-
bas . Ita Numinis gubernare
mundum non labor , sed boni-
tas est : ita sempiternæ menti
summa felicitas sua scientia , vi-
uere intelligere est. Mutasti vi-
tæ statum , non vitam . Quæ
fortunæ erant , deserüisti : quæ
tua , seruas. Eruditos , vt priùs ,
in pretio habes , & eruditorum

* 3 sobolem

sobolem libros. Quos alij Prin-
cipes ostentationis , Tu erudi-
tionis gratiâ collegisti . Non
alius thesaurus Tibi carior. Poë-
tas in primis æstimas , qui sicut
Tu maiestatem comitate , ita
sapientiam venustate condunt.
Aridam in cultamque doctri-
nam vel sæculi vitio quidam
ament , vel suo ; Tibi , veterum
exemplo , ea placet , quæ non
minùs elegantiss floreat , quam
rerum notitiâ fulciatur. Äuo
tuo maior es. Vti moribus , ita
eruditionis genio perfecti ex-
emplum temporis repræsentas.
Quid , quòd cum animi tui do-
tibus poësis congruit ? Diuina
est. Inde olim oracula non nisi
carmine

carmine prolata. Inde ingeniosi
 homines ipsis cælorum orbibus
 concentum tribuere, quasi can-
 tu & carmine teneri cælitum
 sit. Quid , quòd optima vitæ
 præcepta carminibus ferè in-
 texta sint ? Te certè quantùm
 à vitiis natura disiunxit , tan-
 tūm cum virtutibus illa studio-
 rum ratio sociauit. Cum scien-
 tiâ vitam æquas , doctior du-
 bium , an melior. Voluptates ,
 & luxum , honesti pestein , odi-
 sti. Quasi non nisi mente con-
 stes , adeò corpori parùm vacas.
 Cetera , quibus sexus tuus du-
 citur , tantūm abest vt æstimes ,
 vt ne noris quidem. Sed mihi
 nomen tuum non celebrare ,

★ 4 verùm

verùm usurpare , si finis , mens
est , illoqué libellum meum Le-
ctori commendare . Non sper-
net hunc , vt illud videatur æsti-
mare . Placebunt quæ Tu be-
nignè aspexeris . Ab oculis tuis
lucem accipient , quæ de se neg-
lectum & tenebras mererentur .
Quod elegantiæ deest , tutela
supplebit.



ELE-